

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.U.D. & Professor Ad Exequias Quas ... Annae Mariae Schnobeliae, Infanti unius mensis Filiolae suavißimae Parentes moestissimi paratas cupiunt Omnes & singulos Academiae Cives officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777423812>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,  
in  
A. M. Schnobel.  
Rost, 1648.

27.







PROGRAMMA <sup>164.</sup>

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HENRICVS RAHNE,

J. U. D. & Professor

AD EXEQUIAS,

Quas

ANNÆ MARIÆ  
SCHNOBELIÆ,

Infanci unius mensis

*Filiolæ suavissima*

Parentes mœstissimi

paratas cupiunt

*Omnes & singulos Academia Civis  
officiose invitat.*



1848



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. XLVIII.

184

PROGRAMMA  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCKENSIS  
HENRICOVS RANNE  
P. D. & Professor  
ANNE MARIE  
SCHNOBELLE

Patentes inoffensivi  
parascupium  
Omnis Officiorum Academicorum  
Rostockensis



Typis Nicolai Killii Acad. Typogr.  
Rostockiis  
Anno M.DC. XLVIII



Uam vita inconstans  
& volatica sit, etiamsi ali-  
unde non sciremus, ipsa  
nos quotidiana evidenter  
docere posset experientia,  
ut mirum sit, inveniri ni-  
hilominus qui multas me-  
ditentur aristas, & ubi ea  
præcisæ fuerint, vehementer animi angantur &  
doleant. Quemadmodum navim interdum im-  
provifus absorbet vortex: ita homines sæpe  
mors immatura abripit. Ipsum nasci nostrum  
nihil est aliud, quàm morti vadimonium promit-  
tere, atque adeò introitus in vitam est aditus ad  
mortem. Tæderet nos merito sortis nostræ, nisi  
ex ipsa rerum ratione atque experientia certi  
essemus, vitam hanc nostram ab suo primor-  
dio imminente morti præludere; nisi & oracula  
cælestia docerent, nobis quotquot CHRISTUM  
induimus & in eum credimus, diem emortua-  
lem esse æternæ vitæ natalem; ut qui morimur,  
vivere tunc primùm incipiamus, & qui vitâ ex-  
cedimus, hoc ipso vitam ordiamur. Vera enim



vita demeruit, quæ cum morte commune ha-  
bet nihil, nihil ab ea sibi metuit. Ut in hunc ser-  
monem deveniremus, fecit obitus elegantis  
puellulæ ANNÆ MARIÆ SCHNOBELIÆ,  
quæ cum hoc anno, die XXVI. Augusti in ca-  
ducam hanc scenam edita, & postero die per sa-  
crum baptismi lavacrum CHRISTO inserta fuis-  
set, die XXIII. Septembr. paulo ante sextam ve-  
spertinam iterum decessit translata per mortem  
ad vitam; ubi cœlestis illius lucis & nullis tenebris  
interruptæ radiis circumamicta æternæ justitiæ  
sole CHRISTO Redemptore suo fruitur, & ab hu-  
jus perenni scaturigine clarissimo beatitatis  
splendore perfunditur. Genus morbi repletio  
pulmonum ex catarrho à cerebro defluente fuit.  
Bene illa nata erat; quippe primum vitæ hujus  
mortalis spiritum heic Rostochii haurire cæpit.  
Patre viro Consultissimo, Amplissimo, Excel-  
lentissimoq; Dn. JOACHIMO SCHNOBE-  
LIO J. U. D. & Professore, Collega & amico no-  
stro multum honorando. Matre MARIA  
Stockmanns femina rarissimi exempli. Avum  
paternum habuit JOACHIMUM SCHNO-  
BELIUM civem & cerevisiarium veteris Solt-  
quellæ haud postremum, virum industrium &  
probum. Avum maternum virum Excellentis-  
simum,

simum, experientissimumque Dn. JOACHIMUM STOCKMANNUM Medicinæ Doctorem, & Reipub. Rostochiensis Physicum eximium, Collegam nostrum singulariter amandum; Aviam paternam ANNAM Platen matronam pientissimam; Aviam maternam Metken Kranduncfes matronam honestissimam & virtutibus, quæ sexum illum ornant cum maximè decoratam. Jam demum ætatulæ suæ mensem unum expleverat INFANS nostra; sed eò felicior, quò citius superato procelloso hoc mari litus tenuit, & citra fluctuum ac tempestatum sensum tranquillitatis portum invec-ta est.

*Stulta est cupido, quæ dies longos sinit  
Et plurimum ævi plurimas vitas putat.  
Non sepe vivere, at mori datum est semel.  
Centum senectas mille seclis aggere,  
Et mille vive Nestoras: dementia est,  
Putare multas posse vitas vivere,  
Aut vivere ullam, præter hanc quam perdimus,  
Aut perdere ullam, præter hanc quam vivimus.*

Et profecto demens sit oportet, qui cum in patriam vel ipse, vel è suis aliquem navigare cupiat, malit diu ventis agi, salo jactari, & longas perplexasque ambages legere atque relegere, quam  
A 3 brevi

brevi expeditoq; cursu, quò destinaverat, per-  
ferri. Patria nostra cœlum est & cœlestis beati-  
tudo, hanc votis & desideriiis exoptamus omnes,  
qui sanctiora & meliora edocti novimus, *nos  
heic stabilem civitatem non habere.* Æquor autem  
mundus est, & hæc mortalis vita, quam diu vi-  
vere nihil aliud est, quam diu fluctibus jactari  
& portu patriæque excludi. Hinc verè Seneca: *in  
hoc profundum, inquit, inquietumq; projecti ma-  
re, aternis astibus reciprocum, Et modò allevans nos  
subitis incrementis, modò majoribus damnis deserens  
assiduèque jactans, nunquam stabili consistimus loco:  
pendemus Et fluctuamur, Et alter in alterum illidi-  
mur, Et aliquando naufragium facimus, semper ti-  
memus. In hoc tam procelloso Et in omnes tempesta-  
tes exposito mari navigantibus nullus portus nisi mor-  
tis est.* Fieri quidem non potest, ut omnem ani-  
mo mærorem eliminet Defunctæ excellentissi-  
mus Parens, & adfectus abs se segreget: id enim  
foret non storgen modò, sed & hominem exue-  
re. Nec hoc quisquam vel speret velexigat, qui  
quid sit hominem, quid parentem esse nescius  
non fuerit. Haud enim citra doloris sensum se-  
junguntur, quos intimior caritas conjunxit, &  
arctioris necessitudinis nexus adstrinxit. Disci-  
dium amantium, quamvis breve, amoris vesti-  
gia

gia cordibus altè impressa relinquit, desiderium videlicet & luctum. Utrique verò moderari decet hominem non omninò humanæ fortis imperitum, multò magis Christianum, cui è sacro codice de meliore vita edocto, quibus se soletur, abunde in promptu sunt. Gaudebit igitur potius quod filiolum habuerit: & usumfructum ejus, quantumvis brevior voto ejus fuerit, boni consulat, & fortunæ suæ contextum ærumnâ quadam insititia quasi diffindi non magis succensabit, quàm Philippus olim Macedonum rex: qui cùm nuncium accepisset, multas uno die res feliciter ac prosperè gestas esse, porrectis in cælum manibus exclamavit, & ô fortuna (ignoscite verbo huic) ô fortuna, inquit, pro tot tantisque bonis levi quopiam malo me adfice!

Erit autem id quoque Parenti mœstissimo aliquod mœroris levamen, si vos CIVES ACADEMICI exsuvias, quæ hodie horâ primâ pomeridiana gremio magnæ & communis matris, usque ad illustrem Domini adventum mandabuntur, frequenti comitatu vestro deduxeritis. Quod quâ estis humanitate vestrâ sponte, & nunc à nobis moniti promptius præstabit scio. Merita & Avi & Parentis in Rempublicam nostram literariam majora sunt, quàm ut vel invi-

ta-

tamentis vel argumentis opus sit. Inter eundem  
illud Ægyptiorum in funeribus acclamari soli-  
tum piâ mortalitatis recordatione ingeminate,  
vobisque applicate

HEU! HEU! nos miseros quàm **TOTUS HO-  
MUNCIO NIL EST!**

P.P. Rostochii d. XXVI. Septembr. AN.  
clo lcc XLIIIX.

*Conventus fiet in aede B. Jacobi  
sacra.*













gia cordibus altè impres-  
um videlicet & luctum. U-  
deceat hominem non omni-  
peritum, multò magis Ch-  
codice de meliore vita edo-  
abunde in promptu sunt. C-  
quod filiolum habuerit:  
quantumvis brevior voto  
sulet, & fortunæ suæ con-  
dam insiticia quasi diffindi-  
bit, quàm Philippus olim  
cùm nuncium accepisset,  
liciter ac prosperè gestas  
lum manibus exclamavit,  
te verbo huic) ô fortuna,  
que bonis levi quopiam m-

Erit autem id quoque  
aliquod mœroris levamen,  
DEMICI exsuvias, qu-  
pomeridiana gremio mag-  
tris, usque ad illustrem Dor-  
dabuntur, frequenti comit-  
tis. Quod quâ estis humani-  
nunc à nobis moniti pron-  
Merita & Avi & Parentis  
stram literariam majora su-

it, desiderii-  
ô moderari  
næ sortis im-  
i, cui è sacro  
as se soletur,  
gitur potius  
uctum ejus,  
,boni con-  
rumnâ qua-  
is succense-  
am rex: qui  
o die res fe-  
ectis in cœ-  
na (ignosci-  
o tot tantis-  
fice!

mœstissimo  
VES ACA-  
orâ primâ  
munis ma-  
antum man-  
deduxeri-  
sponde, &  
tabitis scio,  
blicam no-  
ut vel invi-  
ta-

